

Db. 12.

81183ca
4

¶
¶
¶

Sive

CRVX ROMANA,

In quam
Humani Generis Servator
a Pilato Procuratore
suffixus est,

Oratorio stilo

In Schola Cizensium Episcopali
Die XI. April. hora IX.

delineanda

Curante, & Reipub. nostræ Literariæ
cum Patres, tum cives omnes decen-
ter inuitante

M. CHRISTOPHORO CELLARIO,
Rectore.

C I Z Æ,
Typis Johann. Ruperti Reils
Anno 1677.

d.



**LIBERIA VETERIS TESTIMONII
INSTRUMENTI**



Acrum tempus non nisi sacra & sancta meditari imperat. Quid vero sanctius, quam *crux & supplicium Christi*, quo redemti omnes sumus atque liberati? Absit ergo, ut alia meditemur, hoc præsertim tempore, εἰ μὴ ἵνοσθν Χριστὸν, καὶ τότον ἐσαυρωμένον, I. Corinth.

II.2. Nostris quoque, ut idem nobiscum faciant, sancte imperauimus, e quorum ordine cum sint non nulli, qui antequam ex hac Schola discedant, vel denuo periculum in palæstra Oratoria facere constituerunt; auctores ipsis fuimus, ut de CRVCE ROMANA, cui Seruator noster affixus fuit, in Eruditorum panegyri suas perclitentur ingenii eloquentiæque vires. Eandem legem nobismet ipsis ferimus, dum maiorum more aliquid commentari, quo doctiorum ordo ad auscultandum inuitetur, animum inducimus. Id vero maxime admiratione dignum nobis, aliisque perquam multis, videatur, quod hoc ipsum supplicii genus *Iohann. XII. 32. ὑψωσις exaltatio*, seu *ὑψωθῆναι exaltari*, appellatur. Dum enim Saluator, εἰπε, inquit, *ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς*, &c. non ad exaltationem ac gloriam, quod quidam interpretes faciunt, sed ad mortis seu supplicii genus ab Euangelista verba illa referuntur, σημαίνων, inquente, πολῶ θαύματῷ ἡμεῖλεν διποθνήσκεν. Nec ambigua aut obscura erat hæc locutio, quæ Sphinge aliqua interprete opus haberet: sed ita perspicua, ut infimi de plebe homines probe intellexerint, Seruatori extemplo obiicientes, ex lege constare, Messiam eius-

eiisque regnum perpetuum fore. Non itaque conuenire, ut ipse ὁ ψωθῆ exaltetur. En! οὐ φωθῖνοι opponunt & μένειν eis τὸν αἰώνα qui ergo aliud, nisi mortem, interitum, supplicium per ὁψῶν intelligere potuerunt? Faciunt hæc verba & facilis vulgi interpretatio eorundem, ut anxie Philologiæ sacerdotes inquirant, qua voce usus fuerit Saluator noster, ut & ab Euangelista verti per οὐ φωθῖνοι; à vulgo pariter de crucis supplicio explicari & intelligi potuerit. Magni nominis viri existimant, ad Esa. LII. 13. & quidem ad verba יְהוָה וְבָבֶן intendi digitum, quod illud à LXX. οὐ φωθῖσται, hoc μετεωρισθεται conuertatur, quorum prius cum Euangelistæ stilo conuenit; posterius aptissimum est ad crucis pœnam delineandam, quod cruciarii sunt vere μετεωριζόμενοι, in aëre pendentes & ex terra eleuati. Verum enim vero cum Theologorum plurimi vtramque vocem ad Exaltationis statum referunt: (*vid. B. Wellerus in h.l.*) tum illi ipsi Iudæi, quorum iudicium examinamus, Theologorum sententiam suo calculo comprobant. Σύγχρονος enim Vzielides Chaldaice ita σηκουρεῖται: בְּאֵלֹהַ צָלָח עֲבָדִי Ecce felix erit seruus mens Messias, exaltabitur, & crescat, & innualeat valde. Neque tum demum hæc interpretatio inter Iudæos enata fuit, sed tribus antea seculis LXX. Interpretes, quā medium inter אָבָה & רָבָה Propheta vocem fecit, οὐδὲ δοξασθεται reddiderunt, ut inde de confinium verborum genuina sententia facile iudicare possimus. Certum vero est, Christum neque Græce locutum esse, neque cum plebe pure Ebraice, sed Αἰγαλέητῳ τῇ idiom (Actor. I. 19.) lingua Chaldæo-Hierosolymitanâ, quæ Syræ Comagenæ, qua Nouum Testamentum conscriptum habemus, admodum affinis est.

Quan-

Quanquam enim & **אֶלְעָזָר** vtrique linguae, Syræ & Chal-
dææ; גְּבַהּ etiam Chaldææ in usu est, & vtrumque *exal-*
tari designat: nescio tamen quo exemplo aut auctoritate probari vnquam possit, alterutram harum vocum, nude & sine patibuli mentione positam, supplicium crucis significare. Syram vero si consulimus linguam, promte illa verbum suppeditat, quod vtrumque denotare possit, & *exaltari*, & *in crucem tolli*. Etenim, **אֶלְעָזָר** & *eleuare* significat seu *attollere*: & **שָׁעֵגָן** seu *in cru-*
cem agere. Prius tam difficile non est, vt suspensos animos relinquit, siquidem זָקָן Ebræis quoque Psalm. CXLV. 14. CXLVI. 8. & Chaldæis, Esræ VI. II. erigit atque *attolli* significat, atque a Kimchio in Rad. per **הָרִיס** *exaltare*: à R. Salomone in Esr. VI. II. per נָשָׁנָה & הַעֲמִיד *alleuare* & *erectum collocare* exponitur. Syre quin idem hac voce notetur, non patitur nos Pauli interpres dubitare, dum Alexandri, nescio cuius, contumaciam descripturus, **אֶלְעָזָר** **וְאֶלְעָזָר** **בְּבָבָל** valde, inquit, eleuatus est (*αὐγέσηνε*) contra verba nostra. Cetera vero N. T. Syri exempla ad vnum omnia *crucifixionem*, quam vulgo dicunt, tam in ipsa Radice **אֶלְעָזָר** *in cru-*
cem sustulit; quam in deriuata voce **צְלִיבָה** crux, patibulum, denotant. Nec aliter Chaldæis & Rabbinis visum est, pro quibus loquatur florentissimus superiori seculo Iudæus, R. Elias, e Thisbi suo pagin. 30. **עַל תְּלוּיָה מִתּוֹרְגָּמָן בְּשָׁלוֹשׁ לְשׁוֹנוֹת צְלִיבָה קִיכָּא זְקִיפָּה** id est; *lignum suspensionis* (patibulum) *tribus vocibus*

צְלִיבָא & קַיְמָא & קַיְמָא Chaldaice vertitur. Et quod in Targum priore Esther VI. 4. קַיְמָא patibulum vocatur, id alterum eiusdem loci Targum קַיְמָא transfert. De Esræ verbis Chaldaicis (אֲעֵזְקִיף וַתְמַחַּא עַל־וֹתָר) lis est apud interpretes, qualem ille pœnam velit denominatam. Sunt qui flagella & virgas interpretantur, quod ad palum fontes, virgis cædendi, olim alligari moris fuerit. Vulgus interpretum suspensionem propugnat, & ipse Aben Esra cum iisdem consentit, רִיחָלָה עַל הַעַץ suspendetur, inquiens, in patibulo. Etiam Aben Melech in Michlal Iophi in h.l. ὁμόψηφα verba attulit, οὐδὲν οὐδὲν arborem erectam interpretatus στήλαις υπάρχει τοις διαβολοῖς οὐδὲν arborem suspensionis, in qua suspendatur mandati regii violator. Sed quia virgis cædi, iram Regis satiare minus poterat, neque domus euersioni, quæ coniungitur, cum tam miti supplicio conuenit: deinde οὐδὲν Chaldæis nunquam suspendere, plerumque vero cædere & percutere significat; cum Ludouico de Dieu Animadueri. in h.l. hanc putamus sententiam verborum esse: palus erectus percutiatur super ipsum, id est, infigatur corpori eius, & quidem υπάρχει αὐτῷ a summo capite per ipsos nates: aut si mauis cum Lipsio lib. I. de Cruce cap. VI. ab infero in superum transfigatur, quod genus supplicii, ex Seneca etiam notum (Consol. ad Martiam c. XX. & Epist. XIV.) Lipsius infixionem appellat. Sed in viam redeundum est. Syris & Chaldæis στήλαι significat & οὐδὲν, & οὐδὲν, ac utrumq; quidem frequentissime. Cum ergo eiusmodi voce oportuit usum esse Seruatorem, quæ utrumq; vulgo declareret; quis dubitabit, hanc ipsam ex sanctissimo ore excidisse, cum οὐκωθῆναι populus de mortis genere aut crucis pœna interpretatus est? Et

Et ne obiicias Romanam crucem satishumilem, vtminus respondeat verbo ὑψωθῆναι; sciendum est, ex Suetonii Galba c. IX. & Iustini XII. libro extremo, innoxio aliquo insigni, qualem Iudæi Christum putabant, *altiorem ceteris*, quod Suetonius habet, seu *altissimam*, vt Iustinus loquitur, crucem fuisse erectam. Hoc quoq; postulauit typus Serpentis Aenei, בָּסְלַע super vexillo, id est, R. Salomone interprete, בְּלֹונֶס עַל super pertica, seu vt Targum Hierosolymitanum exponit, עַל אַחֲרֵ פָּרִי in loco excelso, collocati. Sicut enim illum Moses ὑψώσε: ita dā oportuit Christum quoq; ὑψωθῆναι Iohann. III. 14. Plura afferri possent circa crucem Christi philologemata, si charta & scopus permitterent. Qvæ vero prætereunda nobis fuerunt, illa recensenda iniunximus trigæ discipulorum & in Redemptorem suum piæ, & bonarum artium atq; literarum in primis cupidæ. Hi quod Superiorum indultu Academiam cum Schola commutaturi sunt, pro Rostris Scholasticis, ceu moris diu fuit, Patronis & Præceptoribus gratias castino die agent, & de hoc ipso crucis supplicio, operâ inter se diuisa, præmittent breuem enarrationem. Primus, modestia & doctrinæ studiis commendandus,

IMMANUEL HENRICUS Hase / Tautenburg-Osterlandus,

originem supplicii huius, & quos hac barbara crudelitate antiquum seculum dignos habuerit, recitabit. Succedet

GODOFREDUS Eeuber / Cizensis,
Antecessoris nostritum de schola, nunc de Ecclesiastica re meritissimi filius haud degener, qui crucis Romanæ formam & modum Auditoribus proponet. Excipiet hunc

HEN-




HENRICUS DAVID Fischer / Vinariensis,
disciplinæ nostræ cum in patria, tum hic loci alumnus
industria & ingenio nemini secundus. Hic demum
~~atrocitatem~~ crudelissimi supplicii explicaturus est: singuli
autem ita Romanos aliarumque gentium mores per-
censebunt, vt vbique ad CRVCIFIXVM SALVATOREM
& animum aduertant suum, & orationem. Horum
pio studio atque meditationi Patroni, & quotquot in-
geniis & bonis artibus fauent, Reipublicæ nostræ li-
terariæ ciues, vt ne interesse deditgentur, qua decet,
obseruantia & officiorum pollicitatione vehementer
rogamus atque contendimus. Abituris vero discipu-
lis nostris, eorumqne studiis, optime precamur, vt
fundamentis in Schola iactis eam eruditionis & do-
ctrinæ molem superstruant in Academiis, quæ DEI
honorem, Ecclesiæ commodum, Reipublicæ incre-
mentum, Parentum gaudia & alere, & propagare, &
magnopere augere possit. PP. Cizæ, X. April. M DC
LXXVII.

MIII

Nr 3165,
S 8°

WNA

WNA



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Centimetres

Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19